





DISPUTATIO JURIDICA

In tit. IX. Institutionum

DE

1712, 3

P A T R I A
P O T E S T A T E, †

QUAM

PRÆSIDE

DN. JOANNE HENRICO
MOLLENBECIO,

JUR. UTR. DOCTORE, JURIS PROFES-
SORE EXTRAORDINARIO, POLITICES VERO
ORDINARIO,

DOMINO PATRONO, FAUCTORE
AC PRÆCEPTORE SUO AD CINERES
DEVENERANDO,

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT.
DIE XXIII. MARTII MDCCXII.

CONRADUS JACOBUS REJPEEJN
GLADEBACO HASSUS.

GISSÆ-HASSORUM,
TYPIS HENNINGI MULLERI.

DISPUTATIO JURIS
 DE
 P A T R I A
 POTESTATE
 QUAM
 PRÆSUDE
 DN. JOHANNES HENRICO
 MOLLERBACHIO
 JUR. BIR. DOCTORE, JURIS PRACTICÆ
 SORE EXTRAORDINARIO, POLITICÆ
 ORDINARIO,
 DOMINO PATRONO FACULTATIS
 AC RECTORI UNIVERSITATIS
 DEWESBACHENSIS
 PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT
 DN. THOMAS MULLERUS
 CONRADUS JACOBUS
 GLAUBACHENSIS
 DEWESBACHENSIS
 THOMAS MULLERUS



SERENISSIMO PRINCIPI

AC DOMINO,

DOMINO

ERNESTO

LUDOVICO,

HASSIÆ LANDGRA-

VIO, PRINCIPI HERSFEL-

DIÆ, COMITI IN CATIMELI-

BOCO, DECIA, ZIEGENHEI-

NA, NIDA, SCHAUMBURGO,

YSENBURGO ET BUDIN-

GA, &c. &c.

PRINCIPI AC DOMINO

SUO CLEMENTISSIMO.

REVERENTISSIMO PRINCIPI

AC DOMINO

DOMINO

ERNESTO

LUDOVICO

HASSIAE LANDGRA-

VIO PRINCIPIS HERSPH-

IAE COMITI IN CATMEL-

BOCO DECIA ZIEGENFEL-

NA NIDA SCHAUMBURGO

YSBURGO ET BUDIN-

CA. &c.

PRINCIPIS AC DOMINO

REVERENTISSIMO

SERENISSIME PRINCEPS
AC DOMINE,
DOMINE CLEMENTISSIME!



*Q*uod philosophus docet,
omnia debere patri filium
& semper nec unquam
amplius præstare posse.
Idem imo multo magis dicendum est,

¶ 3

quando

quando de subdito cive est sermo, in quo quicquid boni quandam speciem ante se fert, sive animi sit sive fortunæ, id omne Principi tribuendum, adeo ut nec bona naturæ sive corporis eximantur, quia Princeps generationem, originem, alimenta, educationem, ipsam imò vitam concessit. Hinc mecum examinans, Serenissime Princeps, quàm in Majores, patrem, agnatos jam dudum à Serenissimis Hasso-Darmstattinis Principibus infinita & maxima collata fuerint beneficia, majorem beneficiorum cumulum deprehendo quàm ut, quantum tot ac tantis beneficiis afficiar, dicere queam. Quoniam autem præter ea clementiæ
 genera

genera quibus alios meæ sortis be-
 etiam id beneficium præ aliis mihi Ve-
 stra Serenitas concessit, ut pro more
 Serenissimorum Hassiæ Landgravio-
 rum gloriosissimæ memoriæ prudentis-
 simo atque pientissimo, stipendium
 gratiosum munificentissime hæcenus
 fuerit largita, ut media haberem, qui-
 bus non tantum virtutibus sed &
 omnis generis scientiis animum exor-
 nare queam. Jam id audaciæ susci-
 pere in animum induxi, ut præter de-
 votissimas preces, quibus quotidie
 Deum T. O. M. fatigo, etiam hacce
 tenui disputatione devotissimam gra-
 titudinem velim probare, & sic primi-
 tias studiorum meorum Serenitati Ve-
 stra

praedicare. Devotissimas igitur
 preces fundo, ut Serenitas Vestra
 opus ut ut tenue sit nec debita accu-
 ratione elaboratum gratia sua velit di-
 gnari. Qui in posterum quicquid à
 subdito pietatis & devotionis, pro
 Vestra Serenissime Princeps, incolu-
 mitate ac prosperitate proficisci potest,
 maxima cura atque vigilia praestitu-
 rus & effecturus sum.

Serenitatis Vestrae

Humilima submissionis & obsequii devo-
 tione subjectissimus servus

Conrad Jacob Rispstein.



TITULUS IX.

DE

PATRIA POTESTATE.

PRINC.

IN potestate nostra sunt liberi nostri quos ex justis nuptiis procreavimus.

ITa LL. XII. tabularum apud Dionys. lib. 2. uti qui ex patre matreque familias ejus nasceretur in patris familias sui manu potestate mancipioque esset.

Qui ex patre matreque familias.)

Hæc verba sic accipienda sunt, quasi dictum esset, qui ex justa uxore: nam (ut Imperator ait) in potestate nostra sunt ii demum liberi, quos ex justis nuptiis procreavimus. Crispin.

Manu, potestate, mancipio.)

Tria hæc conjunctim coærvata sunt, ut summum illud & infinitum jus patriæ potestatis intelligeremus. Crispin.

Si qui ei in X. mensibus proximis posthumus natus esset, justus esto. Gellius lib. 3. c. 16.

Quod hic justus esse sive tempus justum esse dicitur, idem est ac legitimum, id est, legibus duodecim tabularum definitum, sic justa heredi.

A

*hereditas dicitur legitima, sive proprie ea qua lege XII. tabularum
obvenit. l. 3. §. 7. ff. pro socio Gortofred.*

Connex. Ut plenius constet quæ personæ sint alieni Juris, jam etiam
Quid sit p. p. recensetur quæ sint in patria potestate. Patria potestas est jus li-
beris in familia existentibus ad communem familiæ utilitatem &
rationem civitatis imperandi. Cujus hic recensetur causa effi-
Hjus causa
essic. instru-
mens. ciens Instrumentalis. Liberos enim ut habeamus in potestate,
id obtinetur vel per justas nuptias vel per legitimationem vel per
adoptionem (nam quartus modus in *l. unica ff. de ingrat. liber.*
potest ad illos referri nec hodie anipius frequentatur) nec ob-
stat quod in hoc textu tantum mentio fiat justatum nuptiarum,
ejus enim ratio est, quia is plenissimus ac potissimus modus est,
qui ab ipsa natura est introductus, & reliqui tantum in ejus imi-
tationem & subsidium supervenerunt. Ad id vero ut liberos
Requisita
ad p. p. per nuptias in potestate habeamus id maximè requiritur. (1.) Ut
procreatio sit ex justis nuptiis, de quibus titul. seq. (2.) Ut justo
& legitimo tempore constet, quod, si ab initio initarum na-
Legitimum
tempus na-
tivitatis
post nuptias. ptiarum computemus, ad minimum sit, septimus mensis, quod
auctoritate Hippocratis in *l. 12. ff. de statu hominum* constitutum,
adde *l. 3. §. ult. ff. de suis & legit. hered.* ubi si quis die 182. sit na-
tus, habetur pro legitimo, in jure enim 30. dies constituunt
ensem, *l. 22. §. 2. C. de Jur. deliberandi*, (atque ita regulariter,
fieri enim posse ut pro certis rerum circumstantiis, etiam qui
sexto, imo qui quinto mense natus est, pro legitimo habeatur
patet è *Stryck. U. M. Pan. de Stat. Hom. §. 14. Carpzov. P. 3.
c. 17. d. 18. Phil. U. Pract. Instit. l. 3. Eccl. 1.*) neque etiam id ha-
ctenus in *l. 11. C. de Natural. lib.* penitus est abrogatum, quamvis
enim secundum hanc legem, ut semper, ubi de statu liberorum
est dubitatio, non conceptionis sed partus tempus inspiciatur,
constitutum, proinde cautum, ut qui primo etiam vel secun-
do post contractas nuptias mense natus censetur legitimus, ta-
men id tantum pertinet ad legitimitatem liberorum, non vero
ad excusandos acceleratos & præcipitatos concubitus parentum
vid.

vid. Carpzov. Jurisp. Consistor. lib. 3. def. 77. n. 10. & B. Stryck. U M. P. d. Stat. bom. §. 3. seqq. quod si vero id à tempore dissoluti matrimonii computetur, sit ad minimum mensis decimus. d. l. 3. §. penult. ff. de suis & legit. hered. vel initium mensis undecimi. arg. Nov. 39. c. 2. ubi sancitum partum qui undecimo mense perfectus editus, non è priori marito natum censerì neque in tantum tempus conceptionis extensum esse. d. Nov. 39. c. 2. conf. Rhet. Instit. J. P. pag. 3. B. Patr. Divis. Cent. 1. Divis. 24. add. 1.

§. I.

Nuptiæ autem si-
ve matrimonium
est viri & mulieris
conjunctio indivi-
duam vitæ con-
suetudinem conti-
nens.

Novell. 117. cap. 8. Nunc
autem causas ex quibus
maritus repudium re-
mittere sine periculo po-
test & dotem uxoris lu-
crari servato in ea domi-
nio ex eodem matrimo-
nio filiis aut filiabus,
quibus non extantibus
frui etiam proprietate

Maritus re-
pudiare
uxorem
potest.

Retenta-
dote.

has esse decernimus §. I. si contra imperium cogitantibus aliquibus conscia est mulier, aut etiam viro suo non indicet. Si autem vir hoc à muliere denunciatum tacuerit, liceat mulieri per quamcunque personam hoc declarare Imperio: ut vir nullam ex hac causa repudii inveniat oc-

1. Propter
crimen lesa
Maj.

A 2

casio-

2. Propter
adulteri-
um,

caſionem. §. 2. Si de adulterio maritus putave-
rit poſſe uxorem ſuam convinci : oportet virum
prius inſcribere mulierem aut etiam adulterum,
& ſi huiusmodi accuſatio verax eſſe oſtenditur,
tunc repudio miſſo habere virum ſuper ante nu-
ptias donationem etiam dotem & ad hoc ſi filios
non habeat tantum accipere ex alia uxoris ſub-
ſtantia, quantum dotis tertia pars eſſe cognoſci-
tur, ut ejus proprietati & dos & à nobis definita
pœna applicetur : Si enim filios habuerit ex eo-
dem matrimonio jubemus etiam dotem (ſecun-
dum quod de hoc cenſent Leges) aliamque mu-
lieris ſubſtantiam filiis conſervari & ita adulte-
rum legitimè convictum una cum muliere pu-
niri. Et ſi quidem habeat uxorem adulter acci-
pere eam & dotem propriam & propter nuptias
donationem & ſi filios habeat, ſolo uſu mulier
fruatur, donationis proprietate ſecundum Leges
filiis ſervanda: aliam vero mariti ſubſtantiam ejus
filiis ex noſtra largitate donamus. Filiis autem
non exiſtentibus, antenuptialis quidem donatio-
nis proprietatem mulieri competere ſancimus,
aliam vero mariti ſubſtantiam omnem fiſco ſe-
cundum antiquas applicamus Leges. §. 3. Si quo-

3. Propter
inſidias vi-
ro ſtruitas.

libet

libet modo mulier vitæ mariti fuerit insidiata aut aliis hoc facientibus consentiens viro non indicaverit. §. 4. Si cum viris extraneis nolente marito convivatur aut cum eis lavatur. §. 5. Si nolente viro foris domum manserit nisi forsan apud proprios parentes. §. 6. Si circensibus aut theatris aut amphitheatris interfuerit ad spectandum ignorante aut prohibente viro. §. 7. Si vero contigerit aliquem citra unam prædictarum causarum uxorem suam à domo propria expellere & illa non habeas parentes apud quos possit manere, ex necessitate foris habitet nocte, jubemus nullam marito esse licentiam propter causam hanc repudium mittere uxori, eo quod ipse hujus rei auctor existat; *Nov. 117. cap. IX.* Causas autem pro quibus rationabiliter potest viro à muliere mitti repudium, ex quibus potest & dotem recipere & propter nuptias donationem exigere, similiter filiis servanda donationis proprietate aut filiis non extantibus habere etiam hujusmodi dominium, has esse solas disponimus. §. 1. Si contra imperium aut ipse cogitaverit aliquid aut cogitantibus conscius non indicaverit Imperio aut per se aut per quamcunque personam. §. 2. Si

4. Si convivatur l. lavatur cum aliis.

5. Si foris manserit.

6. Si circensibus interfuerit.

Non vero ab aliam causam expelli uxor potest.

Causa quare mulier virum repudiare possit.

1. Propter crimen læsæ Majest.

2. Propter insidias.

A 3

quoli-



quolibet modo vir insidiatus fuerit vitæ mulieris aut aliis hoc volentibus sciens non manifestaverit uxori & studuerit secundum leges ulcisci.

3. Si fuerit
Lend.

§. 3. Si Maritus uxoris castitati insidiatus aliis etiam eam adulterandam tentaverit tradere.

4. Si falso
adulterii
causa fuerit
accusata.

§. 4. Si vir de adulterio inscripserit uxorem & adulterium non probaverit, licere mulieri volenti etiam pro hac causa repudium destinare viro, & recipere quidem propriam dotem lucrari autem & antenuptialem donationem: & pro hujusmodi calumnia si filios non habuerit ex eodem matrimonio, tantum secundum proprietatem accipere mulierem ex alia viri substantia, quantum antenuptialis donationis tertia pars esse cognoscitur. Si autem filios habuerit jubemus omnem viri substantiam filiis conservari firmis manentibus, quæ de antenuptiali donatione aliis legibus continentur, ita tamen ut etiam propter illatam adulterii accusationem & non probatam illis quoque maritus subdatut suppliciis, quæ esset passura mulier, si hujusmodi fuisset accusatio comprobata.

5. Si moni-
tus non de-
sistat à con-
sortio alia-
rum fami-
liarum.

§. 5. Si quis in sua domo in qua cum sua conjugè commanet contemnens eam, cum aliis inveniatur in ea domo manens, aut in eadem

civitate

civitate degens, in alia domo cum alia muliere
 frequenter manere convincitur, & semel & se-
 cundo culpatus aut per suos parentes aut per mu-
 lieris aut per alias aliquas fide dignas personas,
 hujusmodi luxuria non abstinuerit, licere mulieri
 pro hac causa solvere matrimonium & recipere
 datam dotem & antenuptialem donationem, &
 pro tali injuria tertiam partem æstimationis, quam
 antenuptialis facit donatio, ex ejus substantia
 percipere: ita tamen ut si filios habuerit usu solo
 mulier potiatur rerum, quas ex antenuptiali do-
 natione & pœna tertiæ portionis mariti substan-
 tiæ acceperit dominio communibus filiis confer-
 vando. Si autem filios non habuerit ex eodem
 matrimonio, habere eam talium rerum etiam
 proprietatem præcipimus. *Novell. 140. c. 1.* quæ
 est Justinii II. Quum itaque hæc à nostris tempo-
 ribus aliena judicaremus ad præsentem sacram
 legem respeximus, per quam statuimus, ut prout
 olim Juris fuit matrimoniorum solutiones ex con-
 sensu fieri liceat, & ne amplius patris nostri san-
 ctione in eos, qui consensu matrimonia dirimunt,
 constitutæ pœnæ in usu sint. Si namque mutua
 affectio matrimonia conficit, merito diversa vo-
 luntas

*Hæc Nov.
 140. Justinii
 non appro-
 bata.*

*Quæ per-
 mittit di-
 vorcium
 Bona græ-
 tia.*



luntas eadem per consensum dirimit modo hanc
missi repudii libelli satis declarent. *Novell. 140.*
cap. 1.

*Pertinet hic Lex XII. Tab. Mulier quamvis sine
Legibus viro juncta, si viro, anno sine usurpatione, id
est interruptione trinoctii apud unum virum fuerit,
usucapta esto. Gell. l. 3. c. 2.*

*Usurpare hic & usucapere verba inter se contrarie relata sunt.
Nam usurpationis interruptio (ut Paulus in l. 2. ff. de usurpat. & usucap)
matrimonii causa apud virum fuerit, ea mulier anno exacto in ejus
viri manu sit, id est quasi usucapta sit, quemadmodum res mobiles an-
no uno capiuntur. Quemadmodum autem jure civ. rerum usuca-
piones infringuntur si Dominus eas usurpavit, veluti si surculum in
fundo defregerit (quod ex libro Ciceronis de oratore tertio intelligen-
tur, eodem modo lex mulieri potestatem facit possessionem illam viri
interrumpere, si nimirum tres ab eo noctes ante anni finem absuerit.
Hasque uxores, qua matresfamilias non erant Matronas proprie &
restrictè appellari solitas verisimile est à Gellio lib. 18. c. 6. Crispin.*

*Sive Coemtionis solenni formula an sibi mulier materfamilias esse
vellet, sive confarreationis coram decem testibus sacrificio connubium
fuerit contractum conventio tamen in manum semper fuit facta, con-
fer Gell. lib. 3. c. 2. & lib. 4. c. 2. lib. 18. c. 16. Hottomann. Com-
ment. ad §. 2. J. h. t. ad verba & uxore tua. Ubi & matronam, id
est per usum captam finito anno in manu fuisse mariti asserit, & ideo
ex illa natum patris potestati subjici. conf. Voet. ad J. h. t. ubi hac
tria priscorum matrimoniorum genera ad mysticum usum applicat,
Disputat. nocte. de Jure decemvirati publico §. 29.*

*Nuptiæ dicuntur à nubendo, quod noviter desponsatæ
pudoris & boni ominis gratia flammeo faciem obnubere sol-
bant*

*Nuptia nu-
do dicantur.*

bant autore *Festo* vid. *Bachov. §. 1. h. t.* Matrimonium vero à Matrimo-
 matre dicuntur, quia pro sine nuptiarum, eo animo contra-
 huntur, ut sponsa liberos susciperet, & mater fieret. *Gell. 18. c. 6.* Nuptiarum
 Sumuntur autem potissimum vel pro festivitate & solennitate, *equivoca-
 tio.*
 vel proprie pro ipso statu conjugum. De priori acceptione
 distinguendus mos veterum à moribus recentiorum. De illo *Festivitas
 nuptialis
 veterum.*
 dictum occasione LL. XII. tabularum, sed recentioribus tem-
 poribus non tantum apud Græcos ut *Cypræus de J. Conn. c. 1.*
§. 2. n. 3. seqq. Sed & Romanos maxime videtur in usu fuisse, *Festivitas
 Recentiorum.*
 quod apud *Rosin. antiq. Roman. l. 5.* & quos *Demsterus ibidem in*
paralip. allegat, recensetur, quod lubet verbis *Gottofredi Jcti in-*
comparabilis exponere, qui ad *l. 1. C. de Sponsal.* ita „ Nuptiarum
 dies legitimi tres erant l. 66. §. 1. ibi. ante diem tertium ff. de „
 donat. inter virum. Primus dicebatur à Græcis *πρωμία* id „
 est de sponsalia. Ea fiebant auspiciato. *Cicero l. de divinatio.* „
Valerius 2. c. 1. optime à turture & cornice, si par integrum „
 apparuisset, quia utrumque animal adeo sui conjugis studio „
 sum, ut eo mortuo superstes nullus præterea conjunctionem „
 appetat, post auspicia facta fiebant. Secundus *πρωμία* decu „
 batio, eoque deducebatur sponsus in domum soceri à para „
 nympho, quem nonnulli *νυμφετήν* alii *παροχόν* vocabant, si „
 futura uxor virgo fuisset: si vidua mulier ad sponsum dedu- „
 cebatur à Nymphagogo seu *πρηνυμφετία* id est pronuba. In „
 limine ignis & aqua ponebatur, utrumque sponsus & sponsa „
 manu tangebatur: ipsa nupta ejusdem aspersione lustrabatur „
 (eo pertinet l. 66. in fin. de donat. inter virum) interdum „
 recta via virgo in domum mariti (si forte per nuncium nube- „
 bat) deducebatur, l. 5. 6. 7. ff. de ritu nupt. sub vesperam vel „
 etiam noctu celebrabantur nuptiæ, faces accendebantur, „
 virginis facies operiebatur (hinc nuptiæ) velo, quod Græcis „
κείρα & *κάλυπτρα* seu flammeum & lutei coloris erat ne pudor „
 virginis proderetur, ferreus annulus ei à viro dabatur. „
 Sponsa vero tres asses, quorum primum in manu, alterum in

B

pede

„ Sponsa tres
 „ asses ferebat.

Primum ,, pede tertium in sacciperio ferebat. Primum sponso dabat,
sponso. ,, quasi cum sibi illo pretio coemptum esset habitura: alterum
Alterum ,, in foro diis laribus deponebat. Tertium in vicino compito
diis laribus. ,, fodiebat. Nonius c. 12. in nubentes. Inde convivium ap-
Tertium ,, parabatur mox Hymenæus dicebatur cum choreis. Post
compito. ,, hæc, pronuba sponsam ad genialem lectum deducebat hanc
Convivium. ,, antecedeabant *δαδοφόροι* id est faciferi, duoque colum cum
Hymenæus ,, lana & fusis ferentes, alii mundum muliebrem & alia quæ
& Chorea. ,, ob id *ἑσπέρια*. Sponsa ita deducta à sponso detegebatur,
Genialis le- ,, quo nomine dona accipiebat quæ ob id *ἀνακαλυψίς* & quod
ctus. ,, ab eo primum videretur *ἐπιθήρα* & quod eam alloqueretur
δαδοφόροι. ,, *ἑσπέρια* add. Cujac. 2. feud. 9. His ita peractis pronuba
παραθήρα. ,, unam ex facibus accendebat pervigilem futuram: ceteras
Munera ,, extinguebat, mox sponsæ duobus digitis cingulum solvebat
sponsi. ,, quod Dianæ ob eam causam *λοσιζώνη* à latinis Cinxia cogno-
Fax accen- ,, mento dicabatur. Festus in voc. Cinxia dixi lib. 1. ad LL. XII.
ditur. ,, Tabularum, Cingulum illud erat ex ovilla lana contextum
Cingulum ,, modo, qui Hercules vocabatur, propterea quod Hercules
solvitur. ,, foecundissimus creditus sit. Ubi omnes discessissent, spon-
Sponsus ja- ,, sus clausa janua disponebat custodias foris, quarum opera
nuam clau- ,, muliercularum importuna vel pietas, vel simulatio à fori-
dit. ,, bus arceretur, si qua commoveretur virginis clamore.
Nuces spar- ,, Interea Juventus nuces cum strepitu spargebat Festus in nu-
guntur. ,, ces & hæc de secundo nuptiarum die. Tertius dies nuptia-
Tertius dies ,, rum *ἐπιόλεια* quasi nuptiarum appendix, latinis repotia. In
nuptiarum. ,, eo sponsi affines convivium instaurabant, coque uxor in do-
Egreditur ,, mum mariti deducebatur: Egrediens domo paterna nupta
nupta à do- ,, pedem tollebat, ne limen attingeret, idque ne phar-
mo paterna. ,, magicis lædi posset, quæ sub limine ad destruendum conju-
Dantur ipsi ,, gium vel concordiam vel vim genitalem solent à veneficis
claves. ,, poni. *Plutarchus in Roman, quest. 29.* Claves mox ei daban-
 ,, tur, vel ut illa intelligeret quod jus in familia mariti esset
 ,, habitura, vel ad significandum partus facilitatem. Festus in
 voce

150

voce *Clavium*, adde quæ scripsi ad l. 2. ff. de divort. Plura
vide apud *Costanum* titulo de matrimonio de ritu nuptia-
rum. *Julium Scaligerum* 3. poetices 101. Hactenus *Gorhofred.*
dicuntur autem viri & mulieris conjunctio ut ita excludatur
Sodomia & Polygamia. Nimirum ut *Lactantius* ait l. 6. c. 3. Sodomia
cum excogitasset DEUS duorum sexuum rationem attribuit ipsis prima spe-
ut se invicem appetere & conjunctione gauderent, eaque ratione
propagari & multiplicari genera possent. Hinc ne aliter con-
fuesceret homo natura prohibitum est & Jure divino *Genes.*
cap. 19. adde *Rom. 1. vers. 27.* 1. *Corinth. 6. v. 9.* 1. *Timoth. 1. v. 10.*
ubi de prima specie Sodomix, ubi quis cum persona ejusdem Sodomia se-
sexus coit & *Exod. 22. v. 19.* *Deut. 27. v. 21.* *Lev. 20. v. 15.* ubi de cunda spe-
secunda Sodomix specie agitur, & Jure Civili, si quis vel cum
sexu ejusdem generis vel planè cum bruto consuecat id jube-
tur Magistratui Ecclesiastico denunciare ut vita corrigatur & Eiusdem
emendetur, nisi id agat poena arbitraria vel planè capitali affi- pona Jur.
citur vid. *Nov. 141. c. 1.* ibique *Sonnenm. & Matth. Stephan.* imo Et jure Ca-
in *Constit. Carol. art. 116.* pro poena est vivicomburium ita ut si rolino.
cum bruto sit commissum, etiam id comburatur, vid. *Brun-
neman. ad l. 31. C. ad L. Jul. de adult.* Polygamia etiam excludi-
tur non tam successiva, qua defuncto conjuge alius conjux ad- Polygamia
fiscitur quæ non tam sub ratione honesti quam utilis disuade- successiva.
tur, argum. *Rom. 7. v. 2.* & 3. 1. *Corinth. 7. v. 39.* confer. *Mollenb.*
Fratris disput. de anno lachus apb. 10. quam simultanea, & hæc Polygamia
non tantum muliebris si mulier plures habeat maritos, quæ ipsi simultanea
etiam Juri Naturali refragatur, quando enim plures mariti eodem muliebris.
dem tempore cum eadem uxore rem habent, vel plane sobolis
procreatio, quæ primatius matrimonii scopus est, impeditur
vel ad minimum incertitudo prolis inducitur, confer. *Dn. Ryf-
sel de J. N. & G. c. 17. §. 28.* *B. Puffendorff. de J. N. G. lib. 17. c. 1.*
quam virilis, si unus maritus pluribus uxoribus sit conjunctus,
nam & hanc utut non Juri Naturæ, tamen Juri Divino esse ad- An J. Div.
versam probatur, cum quæ *Genes. c. 2.* institutio matrimonii sit probi-
in
B 2

in duobus facta, repetitur *Math. 19. v. 5. & 1. Corinth. 6. v. 16.* Neque enim patres Veteris Testamenti Jure fuisse Polygamos, probatur *Genes. 4. v. 19.* ubi de *Lamecho Chainitico Moses* speciatim refert ipsum primum Polygamiam induxisse, adde *Levit. 18. v. 18. Malachie cap. 2. v. 14.* neque quod divortium sit prohibitum *Math. 19. v. 8.* ratio constat nisi supponamus Polygamiam esse prohibitam, conferatur *Vinnius hic*, plane Jure Civili ea poenâ infamiæ & arbitraria, punitur in *l. 2. C. de incest. & inut. nupt.* & si mulier plures adsciscat maritos poena adulterii est statuta ex *Nov. 117. c. 11.* quæ Jure Civili in *leg. 30. §. 1. C. ad Leg. Jul. de adulteriis* est poena gladii in foeminis vero ex *Nov. 134. c. 10. ut competentibus vulneribus subacte in monasterium detrudantur* de quo ad *§. 4. J. de public. Judiciis.* Sed quod dicitur, individuum vitæ consuetudinem continens, individuitas de intentione contrahentium imò de ipso naturæ instituto ut dixerit *Puffendorff. in libro de Jure N. & G. lib. 6. c. 1. & Prud. Elem. l. 2. obs. 5. §. 2. H. Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 3. §. 4.* adde & constituto Romuli, quo matrimonii per confarreationem contracti vinculum insolubile fuit *Dionys. Halicarnass. lib. 2.* explicanda, de moribus enim Romanis de quibus *Seneca* conquestus, de *beneficis lib. 3. c. 6.* imo & secundum Leges Romanas magna fuit divortii licentia, adeo ut communi consensu sive bona gratia, quæ frequenter hic idem significat, videatur *Nov. 140. pras. fieri posset, l. 9. C. de repud.* quod quamvis in citata *Nov. vel. 117* fuerit abrogatum & *auth. quod hodie C. d. t.* Justinus tamen successor id rursus permisit in dicta *Novella 140.* sed quæ plerumque à DD. negligi nec ejusdem cum reliquis *Novellis* auctoritatis haberi solet. Addendum tamen causis divortii in textu recitatis vita monastica utrique conjugii communis, ex *Nov. 117. c. 12.* & causis mulierum ex *auth. Hodie C. de repudiis Nov. 117. c. 1.* si maritum absentem legitimo tempore expectaverit & impotentiam triennalem, *Nov. 22. c. 6. authent.* sed *hodie C. de repud.* sic ut maritus uxorem ob octo causas repudiare

Quæ poena
J. Civ.

Cur indivi-
dua fini nu-
quid?

An bona
gratia dis-
solvi que-
ant.

Quæ plures
causæ di-
vortii.

Maritus ob
octo causas
repudiare.

pudiare possit, sed uxor maritum ob novem, *Huber. pos. tit. de repud. vitæ vero consuetudo nuptiis omnino inest, dum omnium rerum usus ipsis est communis, eadem familia, l. 195. ff. d. V. S. cum uxor mariti domicilium sequatur l. 35. ff. de Jurdic. l. final. §. 3. ad municipalem idem nomen, eademque dignitas, l. 8. de Senat. l. 13. C. de dignitat. iidem liberi §. 3. h. eadem sacra, vid. Gotsfred. ad l. 10. §. 1. C. de adoption. Rosin. antiq. Rom. l. 8. pag. 781. eadem fortuna in prosperis & adversis, conferatur Bachov. hic Voetius ad Instit. hic §. 2. n. 9.*

Uxor ob novem.
Consuetudo vitæ in nuptiis.

§. II.

Jus autem potestatis quod in liberos habemus proprium est civium Romanorum, nulli enim alii sunt homines qui talem in liberos habeant potestatem quam nos habemus.

Pater insignem ad deformitatem puerum necato
Cicero lib. 3. de Legibus.

An hoc legibus XII. tabularum an vero Regiis sit cautum non constat, Equidem in dissertatione de jure papyriano id Legibus Regiis adscripsi. Quoniam tamen Gotsfredus in fontibus Juris Civilis pag. 72. & B. Stryck. U. M. ff. l. 1. tit. 5. §. 15. legibus XII. tabularum eam adscribant, nec sit absurdum si utrique legulationi eam legem tribuamus, placuit etiam eam hic signare, nimirum si Vertranio ad Tacitum Annal. XV. c. 47. credimus, lege Romuli quidem preceptum, primogenitos masculos & filias educari, alias

vero fetus, etiam non deformes vel monstrosos, si prius indicati proximioribus quinque vicinis & illis quoque visum fuerit, abjici permiffum fuit: sed pro explicatione est quod in l. 3. C. de posthumis heredibus instituendis l. 14. ff. de statu hominum & l. 38. ff. de V. S. adde *¶* *Cum Celeberr. Dn. Zaunsliff. de Jure monstrorum thes. 7. illustr. Dn. Lyncker. de Baptismo thes. 4. B. Rhetium institut. Jur. Publ. lib. 1. tit. 20. §. 4.*

Endo liberis justis jus vita necis vendandique ter potestas esto.

Endo, pro in, veteres posuerunt, ita endotercisus pro intercisus endotium pro initium &c. videatur Paul. Manutii explanatio Calendarii Veteris Romani p. 16. Fabri Thesaurus erudition. p. 1140.

Dionysius Halicarnas. lib. 2. etiam illud adscribit majorem hac lege patri in filios quam heris in servos potestatem permiffam esse. Servum enim semel venditum si à novo Domino Manumittatur sui juris effici, at filium non prius suæ potestatis fieri, quam ter à patre suo venditus, ter à Dominis suis manumiffus fuerit Crispin. jus verò tribus vicibus vendendi filium filiam verò una vice, an reale fuerit & verum quod negat B. Vultej. ad Pr. J. de P. P. idque adhuc ex LL. XII. Tabb. disputatum vide ap. Huber. Observ. Jur. Human. libr. 2. c. 4. add. disput. de J. Decemv. public. §. 28.

Causa formalis P. P.

Unde rigor P. P.

Hic jam de forma agitur patriæ potestatis de qua ut facilius constet, sciendum est Remp. Romanam fuisse militarem, quæ frequentissima gesserit bella & prosopico habuerit latam & diffusam potentiam, idque quod raro fit, maximam partem in forma Reip. populari. Ex convenientia igitur eum ejusmodi sine crediderunt Romani, quo magis ad militiam & fortitudinem essent apti, majorique libertate gauderent, civibus imperia domestica esse permittenda cum majori facultate in liberos,

liberos, quod ut laudat *Dionys. libr. 2.* & *Pittaci*, Charondæ
 aliisque Græcorum legibus longè præfert, qui modico suo Pa-
 triæ Potestatis jure multa in parentes turpia liberorum deriya-
 runt, conf. *Ulr. Huber. Digr. lib. 2. c. 4. §. 1.* ita convenit cum
 doctrina *Aristotelis 2. polit. 7. & 5. polit. 11.* Exferit autem sese
 patria potestas, non tantum in personam liberorum sed & in
 res, proinde qualis sit quoad triplex jurisprudentiæ objectum,
 jus personarum, jus rerum, & jus actionum considerari potest.
 Ad primum pertinet quod pater recens natos & sanguinolentos
 distrahere possit. *t. t. C. de patrib. qui liber. distrax.* quod
 cum naturali jure & ratione convenire ait *Huber. d. pract. l. 2.*
c. 5. §. 2. imò ejus esse insignem sanctitatem atque justitiam,
 quam & aliæ gentes probè agnoverint, & uti credibile est ab
 ipso supremo legislatore Deo hauserint, ex *Genes. c. 42. §. 37.*
Exod. c. 21. v. 7. Nebem. c. 5. v. 2. probat novissimè *Vir Clariss.*
Dn. Harprecht. specim. analog. jurispud. univers. c. 2. §. XI. quod
 impios & temerarios possit disciplina domestica coercere
 veluti si furtum parentibus fecerint *l. 3. l. 4. C. de patr. pot. l. 17.*
pr. de furt. sic tamen ut patria potestas hic in pietate non in
 atrocitate consistat *l. 5. ff. ad l. Pompej. de parricid. l. un. C. de*
emendat. propinq. nisi in filia adulterum in domo sua vel generi
 prehenderit, quo casu occidere etiam filiam cum adultero
 potest. *l. 20. seq. ff. ad l. Jul. de adulter.* quod controversias
 domesticas componere. *l. 4. C. d. P. P.* liberos non contradi-
 centes alteri in adoptionem dare possit. *§. 8. J. Q. M. P. P.*
solv. Liberis impuberibus in testamento tutores dare. *t. t. C.*
de Testam. Tutel. Liberos consentientes in matrimonium col-
 locare *pr. J. de Nupt.* id etiam quod ex filiis natum, habeat
 in potestate *§. ult. j. h. t.* Denique eosdem consentientes eman-
 cipare, queat *§. 9. j. quib. mod. jus p. p. solv.* Ratione rerum,
 quod per liberos acquirat, *t. t. inst. per quas person. cuiqu. acq.*
 nec tantum possessionem sed & obligationem. *§. 4. j. de inutil.*
stipulat. possit liberis impuberibus substituere. *t. t. j. de pupill.*
substit.

Laudatur
 P. P. Roma-
 norum.

P. P. ratione
 juris perso-
 narum.

Jus ven-
 dendi libe-
 ros.

Jus casti-
 gandi.

Et occiden-
 di.

P. P. ratione
 juris rerum.

substit. ipsi sint heredes necessarii liberorum, & conqueri super inofficioso queant, quamvis hoc etiam matri sit concessum. §. 1. j. de inoffic. testam. l. 1. l. 15. ff. eod. cui simile est quod à liberis possint alimenta consequi, l. 5. pr. & §. 2. ff. de agnosc. & al. liber. adeo ut & pater incestuosus si alios liberos legitimos habeat, ab his sit alendus, nam licet legum contemtor & impius sit, tamen pater est. *Novell. 12. cap. 2.* Imò ut pater & filius habeantur in privatis una persona. l. fin. C. de impuber. substit. *Struv. f. j. Civ. Exerc. 3. tb. 40.* Denique ratione juris actionum, si liberis actiones competant, ratione peculii adventitii pater active & passivè suscipiat. l. 1. C. de bonis Matern. l. fin. §. 3. C. de Bon. que liber. vid. quæ infra ad §. 1. inst. per quas personas cuique acquir. scripta, imò ipsos liberos si ab aliquo retineantur, repetere & vindicare jure Romano. l. 1. §. 2. de R. V. & non tantùm interdicto t. t. ff. de liberis exhib. sed & actionibus præjudicialibus experiri. §. 13. j. de action. tit. ff. de agnosc. & alend. *Parr. P. est juris civilis.* *liber. Colleg. Argent. tit. de his qui su. l. al. §. 15.* Atque propter hos jam tam diversos effectus, patet patriam potestatem esse propriam civium Romanorum, quamvis aliàs abstractivè & in thesi considerata sit juris naturalis. *Pater enim naturâ imperat liberis sicut Rex subditis*, quomodo sæpissimè loquitur, *Aristoteles. conf. P. Voet. pr. j. h. t.* Ubi id tamen addi meretur, cùm hic de jure P. P. agatur, P. P. verò sit ex correlatis, quæ jura sint liberorum erga parentes, ubi potissima sunt, ut parentes liberos congruè educant, mos enim tollendi vel exponendi liberos, quamvis non aliis tantùm gentibus sed & Romanis olim fuerit usitatus uti ex. l. 29. ff. de manumiss. testam. l. 16. C. de Nupt. l. 6. §. 2. de jur. patronat. l. 92. de de Acq. hered. colligi potest, & *Aristoteli 7. polit. c. 16. & Platoni lib. V. de LL.* ad modum & congruum civium numerum in civitate tenendum fuerit approbatus, tamen juri naturali refragatur, & quamvis esset utilis tamen in civitate tollerandus non est. *conf. Huber. di gress. libr. 2. c. 5. & de j. Civit. libr. 2. §. 27.*

P. P. ratione
juris actio-
num.

Parr. P. est
juris civilis.

Jura Libe-
rorum erga
parentes.
Debent edu-
cari.

2. sect. 1. c. 5. §. 11. *B. nost. Hert. Elem. Prud. Civil. part. 2. sect. 2. th. 15. & 16.* & Legibus nostris gravissimis poenis punitur, quod *infr. ad §. 6. j. de publ. judic.* dicitur, neque educare tantum, sed & alimenta concedere pro modo facultatum tenentur. *l. 5. §. 7. & §. 10. ff. d. agnosc. & alend. liber. conf. Arist. Polit. l. 1. c. 8. & l. 7. c. 17. Classen. Polit. l. 1. c. 3. th. IX.* namque necare dicitur qui alimenta denegat. *l. 4. ff. d. t. B. Parent. divis. c. 1. D. 1. add. 1. coque pertinet integer, tit. ff. de agnoscend. & alendis liberis & tit. C. de alendis liberis ac Parentib. & ex eo fundamento deducit Bæclerus ea quæ in jure de hereditate parentum & legitima ipsis sunt statuta, Instit. Polit. lib. 1. cap. 3. sed quæ reliqua sint ad quæ parentes sint obstricti liberis vide ap. Bæcler. d. l. Classen. Polit. l. 1. c. 3. th. 9. Vir. Consult. Dn. Kestner. in compend. jur. univers. cap. 2. §. 7 & 8. & qui integros hac de re scripserunt tractatus Georg. Acat. Euenckel de Privileg. Parent. & liber. & Eichel de jure liberorum.*

Et alimentari pro ratione facultatum.

§. III.

Qui igitur ex te & uxore tua nascitur, in tua potestate est. Item qui ex filio tuo & uxore ejus nascitur, id est, nepos tuus & neptis æque in tua sunt potestate, & pronepos & proneptis & deinceps cæteri. Qui autem ex filia tua nascuntur, in potesta-

C

testate, tua non sunt, sed in patris eorum.

*Subiectum P. P. acti-
uum.*

*An mater
aeguale jus
habeat.*

*Causa P. P.
efficiens.*

*Quare pa-
tri tantum
in liberos
competat.*

*Ut familia
conseruen-
tur.*

*Ed uatio
ad rationem
civ itatis fe-
ri debet.*

Hic jam subiectum P. P. recensetur, tam activum quam passivum: illud his verbis, *in tua potestate est*: quibus intelligit patrem: passivum, verbis in §. reliquis: Dixi *patrem*: quamvis enim de jure nat. mater aequè in liberos habeat potestatem ac pater, si non aequalitate absoluta, quod *Besold. Oeconom. jur. lib. 1. ff. tit. 5. qu. 13. & Dessel. not. ad Zasf. inst. b.* ideo notati à *Voetio b. pr. n. 1.* volunt tamen limitata & proportionata, cum quaecunque causa patriae potestatis allegetur, ea etiam pro matre militet, hinc cum immediate, non è consensu, quo reliquæ societates omnes constunt, *conf. ill. Dn. Thomaf. jurisprud. divin. l. 3. c. 4. §. 5.* sed ab autoritate & præcepto DEI, ut soboles in gloriam ipsius educetur, deriveretur, & toties in verbo divino, liberi ut parentibus, patri aequè ac matri morem gerant, jubeatur, ex communione finis societatem hanc patriam, ejusdemque jura cum matre communia esse, omnino dicendum est. Ratio verò, quare patri propria & ab eo unice hic patria denominetur, non tam ex præscripto J. Nat. ut existimat *Strauchius j. justin. diff. 2. §. 3.* quam ex ratione civili descendit, quoniam Romani crediderunt, ad familiæ pertinere florem & conservationem, ad expeditiorem etiam feliciorumque educationem facere, si unius potissimum regimine societas paterna dirigeretur, nec imbecillioris sexus jure facile posset enervari; ut taceam cum familiæ ad rationem totius civitatis sese habere debeant, Romani verò in statu populari degerent, ubi patresfamilias sui juris fuerunt & coimpe-
rarunt, si limitare illorum imperium matris contradictione veluissent, absolum fuisse; imò cum pro scopo habuerint, non sibi sufficientiam, sed latam diffusamque dominationem, ac uendos magis civium animos credidisse & erigendos, quam ut
animis

animis imperio muliebri fractis, aliorum invasioni exponen-
 tur: Nec ideo tamen quicquid juris matri aliàs naturaliter in
 liberos competit, id omne in jure nostro matri est abdicatum, ^{Quid juris}
 nam & reverentiam matri liberi præstare debent. *l. 4. C. de patr.*
pot. l. 4. §. 3. l. 6. ff. d. in jus vocand. & similitudo P. P. in pluribus
 aliis effectibus est relicta, ut ipsius consensus in nuptiis requi-
 reretur. *l. 20. C. d. nupt. Brunnem. ad d. l. ut tutorem nominaret*
in testamento l. 2. ff. d. confirm. tutor. l. 4. ff. de Testam. tutel. l. 4.
C. eod. ut adoptione defungeretur §. 10. j. d. adopt. l. 5. C. eod.
 Sed subjectum passivum sunt liberi, qui ex te & uxore tua sunt
 nati: Nimirum cum liberi alii sint naturales tantum, alii legi-
 timi tantum, alii naturales & legitimi simul, hic à potiori facta
 denominatione, intelliguntur liberi naturales & legitimi si-
 mul, de legitimatis enim & adoptivis in titulis seq. occurrit. ^{Subiectum}
 Planè qui naturales tantum sunt, non patrem sed matrem se- ^{P. P. passivum.}
 quuntur, ideoque nec in ejus potestate sunt. *l. 19. l. 24. ff. d. Stat. hom.* adeo ut ne quidem naturales ex concubina nati,
 quamvis aliud de mero jure nat. obtineat, ut desserit *H. Grot. &*
F. Hornius de civit. lib. 1. c. 2. §. 1. ibique in not. A. Epstein, nisi
 legitimentur. *§. 13. j. de nupt. de jure civ. in patris potestate exi-*
 stant. conf. *Bachov. j. b. pr. n. 1.* idque ampliatur, sive primum ^{Liberi naturali- & legit. simul.}
 gradum teneant liberorum, sive secundum cujus ratio potes- ^{Naturales tantum.}
 tate à rigore P. P. est petenda, quod Ròmani tantum tempo-
 poris & personarum juti patrisfam. in familia voluerint concess-
 tum, idque convenienter cum ratione J. Gentium, ut loquitur ^{Liberi etiam secundæ gradus.}
Bachov. b. modo sermo sit de prudentia œconomica, nam
 si de mero jure nat. sit sermo, sunt quæ ei obstant, ut ad *tit.*
Q. M. P. P. S. dicitur, accedit quod & aliàs naturaliter no-
 mine liberorum nepotes contineantur, *pr. & §. 2. j. b. l. 6. ff. d.*
testam. tutel. l. 220. de V. S. §. 5. j. qui test. tut. dar. poss. & congruat
 analogia juris, quod matrimonium non sit solvendæ P. P. mo-
 dus. *l. 1. §. 5. ff. de Liber. Exhib.* & aliàs etiam nec à potestate cu-
 ratorum nos liberare soleat. vid. *l. 20. ff. d. rit. nupt. l. 8. C. eod.*

Qui è filia
susceptis.

Limitatur tamen in iis, qui è filia sunt suscepti, quamvis enim filia revera in potestate patria permaneat, uti dictum, propter communionem tamen vitæ, quam matrimonium involvit, & cujus gratia ferè in univèrsum, matrimonium est introductum, liberi per *l. 196. §. 1. d. V. S.* sequuntur patrem, eoque sensu mulier dicitur suæ familiæ caput (cui liberos infert) & finis (se: paternæ, unde hoc intuitu est egressa. *l. 195. §. 5. ff. d. V. S.* Nec obstat quod ita uxor duplici quasi potestati subjiçiat, nam id absurdum non est, si diversorum effectuum intuitu id fiat, ut v. g. patris potestati subist in *l. 1. §. 5. D. de Exhib. lib. l. 4. l. 5. C. de repud. l. 1. §. ult. d. injur.* aliorum verò contemplati à marito dependeant. *l. 14. §. ult. l. 22. §. 8. ff. solut. matrim. l. 23. C. de jur. Dot. Vinn. h. & Voet. num. 5.*

USUS PRACTICUS HODIERNUS.

AD PRINC.

Septimo
mense natus
est legiti-
mus.

An etiam
mense sexto.

Quæ verior
sententia.

Liberos mense septimo natos pro legitimo haberi esse Juris Civilis hæctenus dictum, adeo ut nec Parentes à præoccupato concubitu Juramento sese teneantur purgare, eamque sententiam plurimis gentibus esse receptissimam & secundum eam quotidie pronunciari à Germaniæ Jctis, ait *Habnius ad tit. de statu hominum n. 3. Lauterbach conclusionum disput. 1. thes. 3. & Collegio Theoritico Practico tit. his qui sui vel alieni Juris §. 10.* Sed an hæctenus ab eo moribus recessum sit ut & mense sexto imò & quinto partus pro legitimo haberi possit & parentes ad Juramentum, se concubitum non anticipasse, offerentes admitteri possint, quod *B. Stryckius Usus Modern. ff. tit. de Statu hom. §. 14.* videtur velle, ei subscribere merito dubitamus cum ex omnium medicorum philosophorum & Jctorum sententia qui sexto mense editus, non habeatur pro legitimo, quæ verba sunt *Carpzovii p. 4. const. 27. def. 13.* addatur *Eckolt. ff. de Statu hom. §. 8. Richter p. 2. dec. 89.* non obstante quod tamen in
contra;

contrarium responderint *Wittenbergenses* pro filio sexto mense nato, apud eundem *Carpzovium* p. 3. const. 17. definit. 18. & *Lipsienses* apud *Philippi* lib. 3. J. tit. 1. *Ecclog.* 1. loquuntur enim de partu imperfecto & immaturo, conferatur *Lauterbach. Collegio Theoretico Practico tit. his qui sui vel alieni Juris* thes. 12.

Ad §. I.

Quod nuptias attinet in quantum solemnitatem indigent & festivitatem lubet modernum nuptiarum contrahendum ritum ex Serenissimorum Gloriosissimæ memoriæ Principum Hassiæ Ecclesiasticis constitutionibus recensere ubi (1.) requiritur, ut desponsati sive futuri conjuges accedant Ecclesiæ Ministrum, qui ipsos de instituto Matrimonii & officiis conjugum informet (2.) tribus succedentibus diebus dominicis post prædicationem è suggestu eos Ecclesiæ Minister proclamare debet (3.) condita die certa hora in templum desponsati venire debent, cum suis amicis & cognatis qui ad id invitati & hymnos sacros audire prædicationemque Ministri Ecclesiæ (4.) post prædicationem auditam Minister Ecclesiæ interpositis devotis precibus coram altari personas desponsatas debet copulare, & denique (5.) cantato denuo sacro quodam hymno ab altari & Ecclesia dimittere, quo facto conjuges convivio nuptiali destinatum domum repetunt. videantur *Agenda sive ordinatio Hassiaca Ecclesiastica fol. 92.*

Circa individuitatem nuptiarum hodierni mores multum à Jure Justiniano secesserunt, distinguitur enim curatius inter repudium & divortium & hoc an dissolvendum sit vinculum ipsum, an tantum cohabitatio sive thorus & mensa. De repudio in titulo de Nuptiis, quoad vinculum vero ob duas causas nuptiæ hodie dissolvuntur sc. ob adulterium & maliosam desertionem, ob adulterium, quoniam ipsam conjugii formam unitatem scilicet carnis sive individuum vitæ consuetudi-

Ritus nuptiarum hodiernus.

Divortii causa adulterium.

tudinem impugnat. vid. *Math. 5. v. 32. & Math. 19. v. 5.* nec tamen ipso jure ita dissolvitur matrimonium, sed tum quando à consistorio divortium fuerit petitum & impetratum, *Consultiff. Dn. Kestner. Compend. Jur. universi pag. 27. Philippi Usu Practico §. lib. 1. tit. 9. Ecclog. 52. Schneidevvin. ad Instit. h. t. p. 4. Carpzov. Jurisprud. Ecclesiastica lib. 2. tit. 12. def. 211.* atque idem dicendum de malitiosa desertione ex *1. Cor. 7. v. 5. & 15.* ubi Apostolus quando infidelis à fidele discedit, desertum liberum judicat à vinculo conjugii, & ne id speciale habeatur in infideli, non in infidelitate causa divortii ponitur, sed in discessu & desertione *Strauch. Jure Justiniano disp. 2. thes. Cujus ratio. 26. Carpzov. Jurisprudencia Ecclesiastica lib. 2. definit. 206.* & ratio est, quia per illam æquè ac per adulterium inducitur divisio unitatis carnis & individua vitæ consuetudo tollitur *Richter ad aurent. hodie C. de repud. n. 3.* hoc igitur etiam casu non prius dissolvitur matrimonium, quam si deserta conjux super desertione conqueratur & sententia de super sit lata *Philippi Usus Practicus Inst. h. t. Ecclog. 53. B. parent. division. cent. 2. div. 43. addit. 2. Carpzov. Jurisprudencia Consistorialis lib. 11. def. 92. Finkelthaus. observ. 111. Schneidevvin. Instit. dict. loc.* Sed ne cohabitatio quidem sive thorus & mensa promiscuè dissolvuntur cum & id matrimonio & verbo divino sit adversum *Math. 19. v. 6. & Scandalum ita in Ecclesia illis excitetur Carpzov. Jurisprudencia Consistor. lib. 2. def. 207.* imo nec sufficit intervenire causam separationis alterius scilicet conjugis sævitiam, vel infidias vitæ, sed & hic requiritur auctoritas Magistratus vid. *Philippi Usu Pract. Inst. lib. 1. tit. 9. Eccloga 54. Carpzov. d. l. def. 211.*

Et malitiosa desertio.

Cujus ratio.

Et forma.

Separatio quoad thorum & mensam.

Ad §. II.

De patria potestate non videbatur operæ pretium quid addere, cum hodie patria potestas videatur abrogata, nam ita Jcti Batavi plerumque *Vinnius & Grænevegen à Lauterbachio citati in comp. p. 17. volunt & Voetius ad tit. ff. de his qui sui vel alieni*

P. P. an abrogata.

Sententia q. Voetii.



alieni Juris sunt §. 3. ait: dummodo cogitet gentium plerarumque moribus (Frisus exceptis, quos in plerisque hic Juri Romano adhaerere testatur Sande libr. 2. tit. 7. de f. 1. & 3.) magna ex parte sublato esse ipsos, qui recentiori Jure Romano supererant patriae potestatis effectus aut si non sublato cum matre communicatos; etenim nec vendere filius potest in casu necessitatis, nec peculii adventitii usumfructum apud nos requirit, nec pupillarem facit substitutionem, ad eos effectus quos illa Jure Romano solebat sortiri, nec ultra, quam & mater substituendi Jure gaudet. Nuptiarum quoque intuitu ut patris consensus requiritur sic eo deficiente matrem consentire usque ad eandem aetatem necesse est. Haecenus Voetius, cui novissime videtur adstipulari Magnif. Dn. Fleck. Biblioth. Jur. Civ. lib. 1. cap. 49. n. 20. Hodie tamen contractus & lites inter liberos ac parentes vinculo patriae potestatis non obstante subsistere & liberos extra operas & causas seu res paternas sibi omnia acquirere censemus nisi aliter in quodam loco statutum sit, sed tamen aliter Dn. Rhetius qui dissertat. 5. ad instit. posit. 1. ait: Hodie iidem patriae potestatis effectus adhuc vigent qui Jure Casareo Romano passim exprimuntur, videlicet ut moderata castigatio & coercitio liberorum sit permissa parentibus, & quod acquisita à filiis illis adquirantur sub distinctione tamen peculiorum, prout constitutionibus Imperatorum illa acquisitio restricta arg. l. 6. C. de bon. qua. lib. atque ad hunc ferè modum plures alii existimant ab uno alterove patriae potestatis effectu cessante non mox istius Juris abrogationem eliciendam esse, vid. B. Dn. Stryck. Usus Modern. ff. tit. his qui sui vel alieni Juris §. 3. Dn. Hopp. Comment. Institut. h. t. §. 3. atque hisce posterioribus omnino puto subscribendum esse, neque enim video qua ratione facile asseri possit, patriam potestatem hodie sublato esse, cum immediate è jussione divina ortum habeat nec absque ea educatio fieri possit, hinc rectè inter ipsos etiam, quibus patriae potestas dicitur abrogata, testantur scriptores, ab uno alterove patriae potestatis actu abrogato, ad ipsam patriam

Sententia
B. Rhetii.

Qua opinio
verior.

Pater filium coercere potest. Et carceri mancipare.

An hodie liberi vendantur.

patriam potestatem non esse inferendum, vid. *Simon. van Leervven censur. forens. lib. 1. cap. 9. n. 1.* & quod in sapientissimis constitutionibus Saxonice p. 2. c. 10. cautum Weissen in den Sächsischen Rechten nirgend zu befinden daß die Väterliche Gewalt insonderheit aufgehoben / so bleibet auch dieselbe nochmahls nicht unbillich bestehen. Hinc passim DD. dicunt hodiernum patri jus decenter emendandi filium competere, adeo ut si pater filium correctionis causa ad tempus in conclave includat vel ergastulis mancipet, non incidat in poenam privati carceris, *B. Lauterbach. Colleg. Jur. h. t. thes. 6. Philipp. Us. Pract. Instit. h. t. Eclog. ss. Ampliff. Dn. Engelbrecht. Compendio Jurisprud. hoc tit. Struv. de vindict. privat. c. 7. n. 6.* imo qui potissimus est effectus patrie potestatis, ut pater tempore necessitatis filium sanguinolentum vendere & oppignorare possit, id hodiernum adhuc videtur obtinere. Nec dissentit *B. Stryck. Us. Mod. ff. d. his qui sui vel al. jur. §. VI.* si sermo sit non de servitute perfecta quæ abrogata sed imperfecta, qua filius ad operas quasdam obligatur nec tantum ab ipso citatus *Philippus Pascalis de viribus patrie potestatis c. 1. p. 1. n. 7.* idem in Hispania obtinere dicit, sed & *Franciscus Maria Bradus in annotationibus ad dict. cap. annotat. 3.* etiam propter alias causas quam ob extremam famem id parentibus licitum esse contendit, atqui ita Sacrum Consilium Neapolitanum Anno 1651. iudicasse, quare non novi quæ ratio sit quare *B. Struvius Syntagm. Jur. Civ. exerc. 23. thes. 28.* putet ejusmodi venditionem hodie non obtinere locum sed tali casu contingente Magistratum subvenire, cum tamen nec Magistratus semper subvenire possit, & quamvis possit ut autoritas publica interveniat, necessarium non sit, quod si enim ut ipse *Struvius de Vindicta privata, cap. 8. n. 10. & 11.* contra *Gudelinum* contendit, patri & marito adhuc hodie impune permillum adulteram filiam & uxorem occidere, non patet, quare patri filium ob summam necessitatem non liceat distrahere, cum hic minus periculum sublit & filius è ser-

è servitute liberari possit videatur Stryckius *d. loco*. Atque idem
 de patria potestate moderna in liberos ratione juris rerum di-
 cendum, nam insignes ejusdem adhuc hodie effectus obtinent,
 sic cum de Jure Romano quicquid vel ex re patris vel aliunde li-
 beris advenit, patri acquiratur, ita adhuc hodie sub ca-
 dem distinctione, an peculium sit profectitium, an adventitium
 & vel ratione ususfructus & proprietatis simul sit acquisitio, id-
 que nec malè, uti Imperator in *l. 1. J. per quas pers. cuiq. ac-*
quirit. testatur quod nobis inhumanum visum est, & generali con-
stitutione immissa & liberis peperimus & parentibus honorem debi-
tum reservavimus. Nisi quod in eo hodie sit à moribus Juris
 Romani recessum, quod (primo) cum secundum illud in pe-
 culio adventitio patri ususfructus competat, usque ad dies
 vitæ, quæ communis est Doctorum sententia per *l. 1. l. 4. leg.*
final. s. 5. ibi donec parentes vivunt C. de bonis qua liberis Nov. 22.
cap. 34. vid. Lauterbach. Colleg. theor. pract. tit. ff. de peculio §.
XXII. & disputat. de usufr. patern. in fin. Carpzov. p. 2. constit. 10.
def. 7. Brunneinan. ad leg. 4. C. de bonis qua liberis hodie usuf-
fructus tantum durer, quamdiu durat patria potestas, Pro-
inde si liberi à patre separentur, & ex patria potestate fuerint
liberati, pater teneatur peculium adventitium reddere, quod de
Saxonia probat. Carpzov. p. 2. C. 10. d. 7. in hoc tantum relicto di-
scrimine, quod de jure Communi patri concedatur ususfructus ad
tempora vitæ suæ d. l. 1. & 2. C. de bon. matern. jure vero Saxonico
pater usumfructum in bonis liberorum adventitiis eoque saltem re-
tineat, donec hi ab ipso separentur, & ex patria potestate liberen-
tur de Ducatu Württembergico testatur Lindenspur. Comment. ad
ordinat. polit. Ducat. Württemberg. p. 4. tit. 9. §. 9. Aliter se res ha-
bet in nostro Ducatu, nam jure provinciali etiam pater liberos in
potestate amplius non habens imo & mater superstes usumfructum
consequuntur, in omnibus iis bonis, qua liberis ex testamento vel
ab intestato obveniunt, sive ex linea materna sive paterna aut etiam
aliunde, vid. Landrecht p. 4. tit. 9. §. Was aber denen

Effectus p. 1
 P. ratione
 juris re-
 rum.

Usufr. com-
 petit patri
 ad tempus
 p. p.

Ut in Saxo-
 nia.

In Ducatu
 Würtember-
 gico.

D Was aber denen Bins

Kindern / ita ut nec casus Novell. 118. c. 2. & authen. item hered. C. de bonis qua liberis hic exceptus videatur propter generalitatem d. §. **Was aber denen Kindern** / ususfructus tamen ille non conceditur ad dies vita sed usque dum matrimonium contraxerint liberi, aut vicesimum quintum atatis annum egressi fuerint d. §. **Was aber denen** etc. De Marchia vero Brandenburgica ita **B. Brunnemannus** ad l. 4. §. 6. C. de bonis qua liberis. Collige III. ex verbis usque in diem vita & ex tota tertia lege patrem hunc ususfructum retinere etiam mortuo filio. **Johann de Castillo** de usufruct. c. 3. n. 44. hic ususfructus expirat, quando filius familias separatam aconomiam instituit, **Kobl. Vice-Cancell.** de success. conjugum p. 2. n. 57. ex vers. tunc demum, adde **Meierum** ad Instit. tit. per quas personas cuique acquiritur. **Hoppius** ibidem §. 2. qui plurium adhuc provinciarum statuta allegat. Secundo, quod non tantum patri sed etiam matri patre defuncto in multis Germaniae provinciis ususfructus concedatur, quod in jure alias Justiniano est ignotum nam id de Jure Saxonico testatur **Struv. exercit. XII. thes. V. Richter. decis. 18. n. 11. Wesenbec. paratit. de tutel. n. 5.** de Ducatu Württembergico jam jam citatus **Lindenspur. de moribus Gedanensibus Hoppius Comment. Institut. ad §. 1. p. 411.** Nec obstat quod **Carpzovius part. 2. const. X. def. 13.** in contrarium disserit, nam is de Jure Communi Justiniano intelligendus & Jure Saxonico Electorali, quod novissima electorali Decisione sit confirmatum, de quo id concedit **B. Struv. l. c. th. 5.** Denique idem de Jure actionis esse dicendum inde patet, quia si certum est & expeditum adhuc hodie aliquam patriam potestatem superstitem esse ejusque adhuc insignes profectus profutare, fieri non possit quin remedia in foro etiam supersint quibus illud Jus possimus persequi. Hinc quod actiones prajudiciales adhuc hodie obtineant, non noverim qui negare sustineat, confer **Mascard. de probationib. concl. 788. Schneidervvin** ad §. 13. j. de action. **Schach. col. leg. ff. practic. tit. de liber. exhibend.** & fatentur Doctores Belgici, quibus

In Marchia
Brandenburgica.

Matri
etiam hodie
compositi
ususfr.

quibus alias patria potestas abrogata venditur, apud *Voetium* comment. instit. de action, §. 13. n. 2. quod adeo verum ut actio de partu agnoscendo non tantum parentibus competat, adversus liberos & vice versa, sed etiam utiliter fratri competere contra fratrem cognato adversus cognatum. *Oldendorp. Class. 3. act. 9. Mynsing. ad §. 13. J. de action. n. 31. B. Parens. cent. 3. div. 28. tit. 6. doceant*, quin imo & inter maritum & uxorem si tales esse ne- gent utilem eam actionem locum habere *arg. l. 2. ff. de liber. exhibend. Struv. Jurisprudentia Rom. Germ. forens. lib. 1. tit. 15. aphor. 7. Brunnem. ad l. ult. C. de Liber. Exhib. Hopp. Commentario institut. de action. §. 14. tradant & præjudiciis firmet B. Schilter ad ff. exerc. 30. §. 123. quamvis quoad formulam actionis insti- tuendæ forte mutatio obtineat, de qua ad §. 14. J. de action.*

Ad §. III.

Quantum hodie ab eo, quod nepos sit in potestate avi moribus sit recessum vid. §. 6. institut. quib. mod. pat. potest solvitur.

REGULÆ JURIS.

Foemina ab omnibus officiis civilibus vel publicis remotæ *Reg. jur. 2.* sunt, & ideo nec iudices esse possunt nec Magistratum ge- nere nec postulare nec pro alio intervenire nec procuratrices existere. §. 1. Item impubes omnibus officiis civilibus debet abstinere.

Officium ab efficiendo dictum, quia in opera consistit & mini- sterio civilium negotiorum, quæ ad publicam primario vel secundum quid, pertinent utilitatem. Ratio regulæ est non tam quod fragile sit & infirmum mulieris consilium l. 2. ff. ad SCi. Vellejan. l. fin. C. de arbitr. pr. j. quib. alien. lic. vel non, videatur Gottofredo h. n. 19. quam quod contra pudicitiam sexui debitam id videatur esse, & earum sit munus, curare domum, & accipere & tueri conceptum l. 14. §. 1. ff. de adilit. edict. Tenentur tamen femina patrimoniorum

onera sustinere, l. 9. C. de muner. patrimon. & nonnulla personalia de quibus l. 23. §. 4. C. de nupt. & t. i. C. lib. 10. tit. 62. de mulieribus & in quo Deo munera sexui congruentia vel honores agnoscant, à quibus quinque liberorum superstitum numero exemplo marium liberantur, l. 5. ff. de His, qui numer. liber. vel paupertat. excusantur. plures alias exceptiones vide apud Sande & Bronchorst. h. ceterum in quibusdam mulieres deterioris sunt conditionis quam mares, in quibusdam melioris illud 39. hoc 18. casibus probat: Decius h. l. ubi vero expressè differentia constituta non est, pari gradu procedunt uterque & natura existunt accusatores qui inter eos differentiam statuunt §. 5. J. de exber. lib. l. 4. C. de liber. prater. eoque pertinet quod in l. 1. ff. de V. S. dicitur, verbum hoc si quis tam masculos quam feminas complecti, vid. phil. Decii ad 2. de R. J. n. 56.

Reg. 4.

Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris vel domini. Huic jungenda l. 167. eod. Non videntur data, quæ eo tempore quo dantur, accipientis non fiunt. §. Qui iussu iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, qui parere necesse habet & l. 169. eod. Is damnum dat qui iubet dare: Ejus vero nulla culpa est cui parere necesse sit. §. I. Quod pendet non est pro eo, quasi sit. C. 24. d. R. J. in sext. Quod quis mandato iudicis facit non videtur dolo malo facere, qui parere necesse habet.

Procedit regula de contractibus & de levibus delictis l. 157. pr. h. t. & d. l. 169. h. t. vide exemplum in l. 29. pr. ad leg. Aquil. eoque refert Bronch. l. 6. pr. ff. de acquirend. heredit. l. 13. §. 3. l. 25. §. 4. ff. de adq. hered. sed vide l. fin. pr. C. de bon. qua lib. ibique Gotthofr. n. 9. Limitatur, si facta habeant atrocitatem facinoris, uti in homicidio, furto; l. 20. ff. d. O. & A. l. 5. C. de Accusat. quamvis tamen etiam hoc casu mitiori pœna afficiantur. l. 8. C. ad L. Jul. de vi publ.

Reg. 10.

Secundum naturam est commoda ejusque rei eum sequi quem sequuntur incommoda. add. c. 55. de R. J. in sext. qui sentit onus etiam debet sentire commodum.

Proce-

Procedit regula in re emta l. 7. ff. de peric. & commod. rei vend. §. 3. inst. de emt. & vendit. in dote, l. 7. ff. de j. dot. l. 20. C. de jur. dot. & pluribus aliis imo etiam à sensu contrario procedit: sed limitationes sunt in materia tutela legitima, uti in faminis & minoribus 25. annis.

Nuptias non concubitus sed consensus facit.

Reg. 36.

Intelligitur de forma seu actu primo nuptiarum, non secundo deinde de consensu legitimo, nuptiali, & pleno, non vero imperfecto & qui est tantum sponsalitiis vid. tit. seq. ubi de sponsal. conferatur Sande ad h. l.

Nemo qui condemnare non potest absolvere potest.

Reg. 37.

Limit. in l. 3. §. 1. C. ubi senat. vel Clariss. procedit etiam affirmative ex l. 3. ff. de Re Judicat. Qui potest condemnare potest etiam absolvere quod hodie in iis ubi instituta obtinent reip. mixta, fallit, videat. B. Müller h. p. 216.

Ex poenalibus causis non solet in patrem de peculio actio dari.

Reg. 58.

Ratio est quia pœna debent tenere suos auctores l. 22. C. de poen. ampl. in §. 2. j. de oblig. qua ex quas. del. nasc. Lim. si l. is fuerit contestata l. 3. §. 11. ff. de pecul. Ratio regule est, qua non ideo à patre datur, ut delinqueret filius, sed ut contraberet, Bachov. & Vinn. ad §. 2. j. de obl. qua quas. ex del. nasc.

Filius familias neque retinere neque recuperare neque adipisci possessionem rei peculiaris videtur.

Reg. 93.

Loquitur regula de peculio profectitio Müller. h. & ratio est, quia filiusfam. non possidet id civiliter, & utilitatis causa id sanctum ne cogerentur patres vel domini per singula momenta causas & species peculiarium inquirere l. 44. §. 1. de acq. vel am. poss. l. 1. §. 4. eod. conf. pr. j. per quas person. cuiq. acq. Sande. h.

Ex qua persona quis lucrum capit ejus factum præstare debet.

Reg. 149.

Exemplum in filiosam. per l. 1. ff. quod cum eo l. 27. pr. ff. de pecul. vid. Reg. 10.

D 3

Ad

Reg. 157.

Ad ea quæ non habent atrocitatem facinoris vel sceleris, in iis ignoscitur servis sive Dominis si iis qui vice domino- rum sunt, velut tutoribus & curatoribus obtemperaverint. §. 1. Semper qui dolo fecit quo minus haberet, pro eo habendus est, ac si haberet. §. 2. in contractibus successores ex dolo, quibus successerunt, non tantum in id quod ad eos pervenit, verum etiam in solidum tenetur, hoc ut unusquisque pro ea parte, qua heres est, conveniatur.

Vid. quæ ad princ. h. pertinent ex reg. 4.

Reg. 187.

Si quis prægnantem uxorem relinquit non videtur sine liberis decessisse.

Quamvis liberi qui nati non sunt nondum liberi existant, l. fin. d. collat. bonor. quia tamen conceptus quodammodo est in rerum natura, l. 7. de suis & legit. hinc ratione effectus per interpretationem qui in utero sunt pro natis habentur. l. 7. & l. 20. ff. de stat. hom. jul. à Beyma comm. h. conf. l. 18. quand. dies leg. l. 1. §. 2. de Ventre in possess. mittend.

Ingenium studii Klipsteini atque improbus ar-
dor,
Applausum, atque decus, commoda multa
ferent.

*Hiscæ, verbis quidem paucis, sed prolixissimo animo Nobilissimo atque Præclarissimo Dn. Klipstei-
nio, moribus pariter ac eruditione ornatissimo,
de egregio in jure eruditionis specimine gra-
tulatatur*

PRÆSES.

Defen-

Defendens valeat quid jure paterna potestas,
Klipsteini, monstras jusque decusque
Patris.

Jam Patrem coluisse juvat, divina potestas
Conferat in Natum munera larga pium.

Quin etiam magni PATRIÆ clementia PA-
TRIS,

Qua frueris, coepto sit magis aucta Tuo.

*Benevolentia testanda caussa scribe-
bat,*

MATTH. NICOL. KORTHOLT,
Eloqu. & Poët. Prof. Ord.

Dum patris clari commonstras optima jura,
Dat nomen docti casta Minerva tibi.

*Paucis his Clarissimo Domino Respondenti
amico suo suavissimo boni ominis ergo
scripsit*

JOH. WILHELMUS HAST,
Lic. & Advoc.

Hactenus

HActenus egregie perlectus Dogmata JURIS,
 Incipis & doctæ promere mentis opes:
 Perge bonis avibus, captis insistere perge:
 Ex studiis, KLIPSTEIN! surget Honoris apex.

*Περὶ Φώνηται hocce in Honores promeritos Nobil.
 juxta ac Doctiff. Domini KLIPSTEINI,
 Fautoris, Amici & Domestici sui nullo non ve-
 nerationis cultu atatem prosequendi, cum pri-
 mum in disputando Confluentis Catorum erudi-
 tionis egregie specimen ederet haud vulgare
 συγχαίρειν adponere debuit*

JO. GEORGIUS BEUMRODE/
 Echz. Guetter. Phil. Cand. & SS. Theol.
 Studiosus.

Ech sollte Dir / mein Freund / ein Lob & Gedichte
 reichen /
 Und Deinen Ruhm anjetzt mit andern machen
 groß /
 Dann Dein Gelährsamkeit verdienet ein's dergleichen /
 Weil heut dieselbige blüht wie ein frische Ross.
 Doch weil mein Kiel nun nicht ein grosses Lob kan geben /
 So wünsche daß Du mögst nur stets nach Weisheit streben /
 Damit die Themis ja allzeit mög umb Dich seyn /
 Wann Du zu grossen Ehrn einmahl wirst gehen ein.

*Mit diesem wenigen wolte seinem werthen
 Freund und Tischgenossen glückwün-
 schend aufwarten.*

E. F. WELB, Moeno-Francof. Juris
 Studiof. *Opponens.*

Fautor,





Größen, Diss., 17M-12

ULB Halle 3
005 356 92X



VD
18





Inches
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
8
Centimetres

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

PUTATIO JURIDICA
tit. IX. Institutionum

DE 1712, 3

TRIA
TESTATE, †

QUAM

PRÆSIDE

DANNE HENRICO
OLLENBECIO,

DOCTORE, JURIS PROFES:
RAORDINARIO, POLITICES VERO
ORDINARIO,

PATRONO, FAUTORE
CEPTORE SUO AD CINERES
DEVENERANDO,

RUDITORUM EXAMINI SUBJICIT.
E XXIII. MARTII MDCCXII.

S JACOBUS RESPICEJN/
GLADEBACO HASSUS.

GISSÆ-HASSORUM,
TYPIS HENNINGI MULLERI.